Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26366
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Omnis res argumentando confirmatur. aut ex eo qui personis. aut ex eo qui negotiis attributum. Ac personis hae res attributae putantur. nomen. natura. victus. fortuna. habitus. affectiones. studia. consilia. facta. casus. orationes. Nomen. quod unicuique persone tributum. quod suo quoque proprio et eo uocabulo appellatur. Natura prima diffinire difficile est. Partes autem eius enumerare eas quarum indigemus ad hanc praeceptionem. facilius est. Hae autem partim diuino. partim mortali ingenio iudicantur. Mortalium autem. pars in hominum. pars in bestiarum genere uniuersum. Natura hominum genus. et insecta distinguitur. uirile an muliebre sit. et in natione. patria. cognatione. aetate. Natione. graius an barbarus. Patria. athenienses. an lacedemonius. Cognatione. quibus maioribus. quibus consanguineis. Aetate. puer an adolescens natu grandior. an senex. Praeterea commoda et incommoda existimantur abnatura data animo. aut corpori bipartim. Valetudo an imbecillus. longus an breuis. formosus an deformis. uelox an tardus sit. acutus an hebetior. memor an obliuiosus. comis. officiosus. prudens. patiens. an contra. Et omnino quae anatura data alio et consideratur. in natura distinguenda sunt. Nam quae industria comparantur. ad habitum pertinent. deque posteris dicendum. Iniuictu considerare oportet. apud quos et quemore. et cui arbitrium tui sit educatus. qui habuerit artium liberalium magistros. qui iuuenis praeceptores. quibus amicis utatur. quae in negotio. quem artificio sit occupatus. quae in re familiari administret. quae consuetudine domestica sit. Infortunia quorum. seruus sit an liber. pecuniosus an tenuis. priuatus an cum potestate. Si potestate. uire an cum iniuria. felix. clarus. an contra quales libros habeat. Aut si uno de uniuerso quaeretur. cum quali morte sit affectus erit considerandum. Habitum autem hoc appellamus ai an corporis constantem et absolutam aliquam uirtutem perfectionem ut uirtutis aut artis alicuius praeceptionem. aut quam uis scientiam. et uel corporis aliquam commoditatem. tum natura data. si in industria et studio parta. Affectio ai aut corporis exceptione aliqua de causa commutatio. ut laetitia. cupiditas. metus. molestia. morbus. debilitas. et alia quae huiusmodi eodem reputantur. Studium autem. ai assidua et uehemens ad